



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,
Explanatio Catechismi Catholici**

Macherentinus, Johannes

Colon., 1612

Ioannes Dei Gratia Sanctae Trevirensis Ecclesiae Trevirensis Ecclesiae
Archiepiscopus, Sacri Romani Imperij per Galliam & Regnum A relatense
Archicancellarius, ac Princeps Elector, &c. omnibus gregis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-39397

IOANNES

DEI GRATIA SANCTAE
TREVIRENSIS ECCLESIAE

Archiepiscopus, Sacri Romani Imperij
per Galliam & Regnum Arelatense Ar-
chicancellarius, ac Princeps Elector,
&c. omnibus gregis nostri Pastori-

bus, ac gregi nostro salutem
in Domino sempi-
ternam.



NON mediocrem in hae
nostra pastoralis cura ac
solicitudine voluptatem
nobis attulit, Dilectissi-
mi, vestra in docendo dis-
cendog; *Catechismo* o-
bedientia, studium & alacritas, certis si-
quidem hominibus narrantibus didi-
cimus, passim nostrae Dioecesis Paro-
chos mandato & instructione à nobis
accepta, tanto ardore, hoc tam necessa-
riū iuxta ac salutare negotiū suscepisse,
tantaq; diligentia susceptum hactenus
urgere, vt satis superq; declararint, tum

(:) 2 qua

PRAEFATIO,

qua in nos; imò verò in deum, cuius vi-
 ces, etsi indigni sustinemus, sint obseruā-
 tia, tum quam in gregis sui procuranda
 salute, sint peruigiles atque studiosi. Ad
 hanc animi nostri lætitiā, veluti cu-
 mulus accessit, subditorū quoque in ca-
 pienda rudiori hac institutione, quæ ve-
 rissimæ Christiani hominis sapientiæ
 fundamētum quoddam est, atque com-
 pendium, promptitudo atq; accensa cu-
 piditas; qua manifestè ostendunt, sibi ad
 depellendam illam siliquarum, quæ nas-
 ci solet ex rerum diuinarum ignoratio-
 ne, famem, non tam edendi appetentiā,
 quam qui panē cœlestem paruulis fran-
 gerent, idoneorū magistrorū copiam,
 auctorū certè minus promptā operā,
 industriamq; defuisse, siquidem confer-
 tim plebem deuotam ad hauriendā sa-
 lutarem hanc doctrinam, non paucis in
 locis confluere nobis expositū est. Ea re-
 spem magnam concepimus, fore, DEO
 pios vestros cōatus adiuuante, vt sparsō
 hoc diuino semine, atq; ad frugem ma-
 turitatemq; perducto, vna cum cœlestis
 philosophiæ ignorantia, vitia quoque,
 atq; adeò vitiorum omnium, scelerum-
 què

P R A E F A T I O

que parentis & altricis, hæresios stirpes,
in dominicō agro elidantur, funditusq;
extirpentur: atq; eorum loco, vera erga
Deum religio, erga parētes pietas, erga
superiores obediētia, erga omnes amor
& beneuolentia, in animorum arua in-
serantur, ac pristinum virtutis omnis
studiū, vigorq; reflorescat. Quod cum
euenierit, tū scilicet ab ijs malis, quibus
iam miserè conflictamur (Deo nimirū
torporem ignauiamq; nostram, in tra-
dendis, percipiendis, meditandis atque
exercendis fidei nostræ misterijs, & quā
ea parit, vitæ prauitatem non minus sa-
lubriter, si modo intellexerimus, quam
iustè vindicante) vel prorsus immunes
erimus, vel certè ad maiorem nostram
vtilitatem feremus leuius.

Porro dissimulare nec possumus nec
volūus, nos ægerrime id accipere, apud
quosdam nimirum institutionem Chri-
stianā, certo modo, ac ratiōe anno pro-
ximè elapso à nobis præscriptā, aut nec
dum inchoatam, aut vbi proponi cæpta
sit, non ea forte, qua par erat alacritate,
haud citra inconstantiaē desidięque no-
tam, leui aliqua data occasiōe intermis-

(:) 3 sam;

P R A E F A T I O

fam; seu populi ruditate, seu quod magis timemus Pastorū nominis, officij, & rationis exigendæ, parū memorum, oscitantia acciderit. Quos etsi pro ea potestate, quam in ædificationem, non destructionē à Domino accepimus, castigare, meritisq; poenis afficere possemus, maluimus tamen, priusquam ad acriora descendamus illa remedia, bonorum instar medicorum emollientibus vti medicamentis, eosq; paterna prius cohortatione, ad officium suum tam præpositos quam plebē ipsam excitare. Ut verò hanc prouinciam rudiores in præcipuis religionis Christianæ capitibus instituēdi, quæ pastoralium munerum partes non postremæ sunt, minus grauatè Parochi sustineant, & vt conformis, sana, ac solida sit omnium doctrina, sumptibus quoq; ac tēpori, pluribus libris & emendis & euoluendis necessarijs, quantum fieri potest parcatur, exijs autoribus, quos Catechistis nostris, post Romani & Canisij Catechismos, qui in hoc scriptorum genere principes sunt, terendos censuimus ac præscripsimus, totius Catechismi explicationem vtilem

lem

PRAEFATIO

lem, piam ac facilem, hoc est, pueorum
eruditioni accommodatam, conscribi
iussimus, vobisque donari. Qui fons est
sapientiae, Iesus Christus Dominus ac
Deus noster, concedat omnibus vobis,
vt salutaribus hisce Catechisticis insti-
tutionibus eruditi, crescatis in cog-
nitione Dei, in salutem ac vitam æ-
ternā. Ex ciuitate nostra Treuir,

3. Calend. Martij, Anno
in carnationis
Domini.

1599.



(:)

4

PIO